

Nicolaus Schütze

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ I.U.D. & Codicis Professor Ad Exequias Quas Puerulo Tenello Christophoro Rahnen/ Parentes moestissimi hodie ... paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives Academicos officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1641

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776781987>

Druck Freier  Zugang



Schütze, N.  
in  
C. R a h n e .

Rostock, 1641.

16
















PROGRAMMA

70

QUO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

NICOLAUS Schütze/

J. U. D. & Codicis Professor

AD

E X E Q V I A S

Q V A S

P V E R V L O T E N E L L O

CHRISTOPHORO

R A S M U S I

Parentes moestissimi hodie hora prima in templo Mariano paratas cupiunt,

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos officiosè invitat.*



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLI.



42

PROGRAMMA

QUO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

NICOLAUS GÖPPEL

J. U. D. & Codicis Professor

AD

EXERCITIA

QUIBUS

PERBENEDICTO

CHRISTOPHORO

DE REBUS

Parentes maxillimi hodie hora pri-

ma in templo Martiano patres cupiunt.

Omnes omnium ordinum Cives Academicos

Officiorum invitari.



ROSTOCHII

Linae NICOLAI KILLII Acad. Typogr.

Anno M. DC. XLI





21

**D**ulcissima & consolatio-  
nis plenissima sunt illa Apосто-  
li Pauli verba quæ ad Philippen-  
ses capite tertio leguntur, *poly-  
teuma nostrum in cœlis est, unde  
etiam Salvatorem expectamus Dominum Je-  
sum Christum, qui reformabit corpus humilitatis  
nostræ, ut conforme fiat corpori ejus glorioso, secun-  
dum operationem qua potest sibi subjicere omnia.*  
Hæc una illa omnium Christianorum,  
quantisper in his terris peregrinantur, &  
cum vitæ hujus difficultatibus & miserijs  
conflictantur, spes est, fore ut postquam  
vitæ hujus curriculum absolverunt, in civi-  
tatem cœlestem quæ supra est, cujusq; sunt ci-  
ves, perveniant, ubi, ut Augustinus in soli-  
loquio cap. 35. loquitur, gaudium infinitum,  
lætitia sine tristitia, salus sine dolore, lux si-  
ne tenebris, vita sine morte, omne bonum,  
sine omni malo. Ubi juvenus numquam  
senescit, ubi vita terminum nescit, ubi decor



17  
numquam pallefcit, ubi amor numquam re-  
pescit, ubi fanitas numquam marceffit, ubi  
dolor numquam fenfitur, ubi gemitus num-  
quam auditur, ubi trifte nil videtur, ubi læti-  
tia femper habetur, ubi malum nullum time-  
metur. Ad hanc omnium vere fidelium pa-  
triam, ad hæc nullis difficultatibus intertur-  
bata gaudia puellulus fcitiffimus, CHRIS-  
TOPHORUS *Nahnen*/nudius tertius cir-  
ca horam duodecimam de nocte pervenit.  
Si mihi beatos illos compellare manes, & re-  
fponfa referre liceret, plane puto, me hoc vel  
non abfimile relaturum. Exiguo illo quo  
cum ærumnis mundanis conflictatus sum,  
tempore, bonum certamen certavi, curfum  
confummavi, fidem fervavi, illam quæ mihi  
reposita fuit iuftitiæ coronam, mihi Domi-  
nus impofuit, qua insignis inter fanctos an-  
gelorum cœtus verfor. Vale Munde, valeant  
terreftria & caduca omnia, me cœleftia, nul-  
lis morbis & mœroribus permiffa beant.  
Ofelicem animulam, cui cito mundanas diffi-  
cultates superare, & ad cœlites transfire da-  
tum fuit. Non illi, qui adhuc interris verfa-  
mur, & acerba quæq; ex perimur, invidea-  
mus. Ita vitam noftram instituiamus, ut olim  
ad



ad eadem cum hoc puerulo transferamur. 74  
Adhuc in pelagi fluctibus versantes, cum Augustino suspiremus. O Patria nostra, patria secunda, à longe te videmus, ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus, & nitimur cum lachrymis, ut ad te aliquando perveniamus. Spes humani generis Christe, Deus de Deo, refugium nostrum & virtus, cujus lumen à longe inter caliginosas nebulas super maris procellas quasi stellæ maris radius, oculos nostros irradiat, ut dirigamur ad te portum. Guberna domine navem nostram tua dextera, clavo crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempestas aquæ, ne absorbeat nos profundum, sed unco crucis retrahe nos ab hoc pelago, ad te solamen unicum nostrum, quem à longe quasi stellam matutinam & solem justitiæ vix lachrymantibus oculis in littore cœlestis patriæ, nos expectantem videmus. En ad te clamamus redempti tui: sed & nunc exules tui, quos pretioso sanguine redemisti. Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longe. In mari turbulento versamur: tu in littore stans aspicias pericula nostra, salvos nos fac propter nomen



24  
tuum. Da nobis Domine inter scyllam &  
charibdim ita tendere, & tenere tecum, ut  
utroq; periculo evitato, salva nave & mer-  
cibus securi perveniamus ad portum. Hæc  
nostra piorumq; omnium sunt vota. Impe-  
trasti illa puerule **CHRISTOPHORE**  
**Xhanen** / ad te qui nunc inter beatos agis me  
converto, & quamvis tu id nolis, qui mun-  
dana hæc despicias, patere tamen ut id mori-  
dem, breviterq; majores, parentes, tuam in  
hac vita moram & morbum exponam. Ma-  
joribus præclaris natus est hic puerulus. Pa-  
rentem habuit Virum Clarissimum & Con-  
sultissimum Dn. **HINRICUM Xhanen** /  
J. U. Doctorem & apud nos Professore ce-  
leberrimum: Matrem omnibus virtutibus  
muliebribus conspicuam fœminam **ELI-**  
**SABETHAM von der Lippen**. Avum pa-  
ternum salutavit **HENRICUM Xhanen** / J.  
U. D. primo Helmstadij Syndicum, postea  
Illustrissimæ viduæ Lunæburgicæ ex regia  
Danorum profapia oriundæ **DOROTHEÆ**  
in aulæ Winsensi Consiliarium. Aviam pater-  
nam, **CATHARINAM Reichen** / filiam  
**BARTOLI Reichen** / Juris & Philosophiæ  
Docto-



76  
Doctoris, initio Professoris & Procancellarij  
Academiae Lipsensis, post Decani S. Blasij  
Brunsvigae, nec non Celsissimi HINRICI  
Junioris & Illustrissimi JULII Ducum  
Brunsvicensium & Lunæburgensium Consi-  
liarij. Quem vidua HINRICI, SOPHIA  
SIGISMUNDI Regis Poloniae filia bis  
in Poloniam Oratorem ablegavit, quemq;  
Clarissimus Vir HINRICUS MEIBO-  
MIUS apud Helmstadienses olim Prof.  
Poeseos celeberrimus hoc anagrammatismo  
& disticho ornavit.

*Dum fruor hac vita me sordida crimina fedant,  
Cum Christo in caeli sede vir albus ero.*

Quemadmodum autem qua patrem insigni-  
bus his majoribus natus est noster defunctus  
puerulus, ita & qua matrem non minus cele-  
berrimis debet ortum, Avum siquidem ma-  
ternum adhuc in vivis habet, & faxit Deus  
diutissime supervivat, Dni CHRISTO-  
PHORUM von der Lippe / J.C. & Serenissimo  
Daniae Regi à Consilijs. Aviam maternam  
MARGARETAM Hermans / JOHANNIS  
Hermans / civis quondam apud nos primarij  
filiam. Ex his majoribus, (ut reliquos taceamus

Beatus p. a.  
ternus Hen.  
ricus Rubne  
civis Meobriae  
deburgi p. a.  
legat. v. h. et  
felma  
Oronia pater  
Ina MeckELDIS  
Badou matro  
na pia et hone  
sta.



mus) non minus celebribus, natus est noster  
Macarites. Qui ante triginta novem septima-  
nas & unum diē, anni superioris 1640. mensis  
Augusti die vigesimo nono, mundum hunc  
ingressus, & per lavacrum regenerationis re-  
natus est. Non illi licuit diu in mundo hoc  
immundo commorari, brevi curriculum  
suum absolvit, & superato mundi pelago in  
portum cœlestem pervenit. Gustavit tamen  
exiguo hoc tempore mundi hujus delicias.  
Cum morbo per octiduum tenello corpori  
molestissimo colluctatus est. Materiam pe-  
ctus replentem hostem habuit, quam cum  
exonerare non posset, & novis subinde à capi-  
te affluentibus catarrhis augetetur Spiritu in-  
tercepto placide exspiravit. Corpusculum  
hodie terræ matri reddetur. Eamus cives Aca-  
demici frequentes exsequias, & hoc officium  
emortuo, ejusq; mœstissimis parentibus præ-  
stemus, in templo Mariano circa primam  
convenientes. Id ut singuli faciant moneo  
& hortor. P.P. Rostochij 2. Junij


Anno 1641.





















ad eadem cum hoc puerulo transferam  
Adhuc in pelagi fluctibus versantes, cum  
gustino suspiremus. O Patria nostra, pa  
secura, à longe te videmus, ab hoc mari  
lutamus, ab hac valle ad te suspiramus, &  
timur cum lachrymis, ut ad te aliqua  
perveniamus. Spes humani generis Chr  
Deus de Deo, refugium nostrum & vi  
cujus lumen à longe inter caliginosas n  
las super maris procellas quasi stellæ mar  
dius, oculos nostros irradiat, ut dirigamu  
te portum. Guberna domine navem nost  
tua dextera, clavo crucis tuæ, ne perea  
influctibus, ne nos demergat temp  
aquæ, ne absorbeat nos profundum, sed u  
crucis retrahe nos ab hoc pelago, ad te  
men unicum nostrum, quem à longe c  
stellam matutinam & solem justitiæ vi  
chrymantibus oculis in littore cœlesti  
triæ, nos expectantem videmus. En  
clamamus redempti tui: sed & nunc ex  
tui, quos pretioso sanguine redemisti. E  
di nos Deus salutaris noster, spes omniu  
nium terræ, & in mari longe. In mari tu  
lento versamur: tu in littore stans aspici  
ricula nostra, salvos nos fac propter no

Aa 3

